Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia præmis simplicibus vel duplicatis quaestionibus suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Seversi, bello conventioneque ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Kulczyjcki Popielowi Cedit.

346 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Hyacinthus Kulczycki Kostik sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto nimirum de Inscriptione Certa obligatoria super bonis nimirum Pole wstawey Zawoie Pocrowskiey od Granice Krolewskiey poli sie Zawy Bratewskie sięgaiąc in summa Triginta Florenorum Polonicalium de triennio ad triennium solvente in bonis Villae Kulczyce iacens et consistens sibi Recognoscenti per Nobilem Iwan Kulczycki Kostik sui Parentis fratrem germanum coram Actis officii praesentis Castrensis Capitanealis Praemysliensis Feria sexta post festum Sanctorum Viti et Modesti Martyrum proxima Anno proxime praeterito Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo facti et recogniti, tum de altera Inscriptione obligatoria coram iisdem Actis Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Feria Secunda post Dominicam Jubilate proxima Anno

praesento

praeterito Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quinto fa[cta] Recogno-
scenti per Nobilem Iwan Kulczycki Sliazkowicz et in bonis Villae
Kulczyce nimirum Pola owego Lokci dziesiec na Zabolociu w
Berezowie inter metas Nobilium Hrehorij Kropiwnicki ab una
et Hrehorij Kulczycki Sliazkowicz ab altera partibus od Zabołotka aż
do Zaw Ostrowskich in Summa Viginti Florenorum Polonicalium
de anno ad annum haereditarie facta et recognita cum parata eius-
dem Juris Cessi Summarum et bonorum Intromissione tuitione
et Evictione pacificaeque in huncusque continuata possessione cum omni
praemissorum Jure Dominio proprietate Competentiaque et praero-
gativa quavis, omnibusque et Singulis Inscriptionum praedicta-
rum Obligatoriarum Jurisque praesentis Cessi Conditionibus, punctis
clausulis, articulis, Vadiis, ligamentis ac nexibus in Universum
omnibus, Summa quoque Suprascripta et bonorum Summa
eaque oneratorum Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus
emolumentis, Commodis obventionibus, attinentiisque et pertinen-
tiis generaliter Universis ac Summis Ubique in iisdem bonis haeren-
tibus, nihil ex praemissis Juris Dominij proprietati ac Juribus
eius Competentia et praerogativa pro se Recognoscente Suisque
Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, Ve-
rum prout praemissa omnia et singula praesentibus recognita ipsemet
Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsumque Concerne-
bant ac eidem legitime Serviebant, Jam ex nunc et de facto
Nobili Ioanni Popiel Kiselowicz dicto eiusque posteris (accepta
ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et Sufficienti Satisfacti-
one) Cessit et Condescendit prout Cedit et Condescendit prae-
sentibus omneque et integrum Jus suum Sibi ad praemissa Ser-
viens in personam eiusdem Nobilis Ioannis Popiel Cessiona-
rij sui eiusque Successorum totaliter et plenarie transtulit, trans-
fudit et incorporavit, prout transfert, transfundit et incor-
porat praesentibus. Ita quod quidem Jus praesens Cessum Sum-
mas ac bona Summis iisdem onerata praemissaque omnia

præsentibus per se Recognoscentem transfusa, idem Recognoscens Nobilis Hyacinthus Kielczycki Præfato Nobili Joanni Popiel Cessionario suo eiusq posteris tam exnunc et defacto Coram officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq Competentem et Nobiles duos dic quacunq Voluerit officiose accipiendam. Per ipsum Cessionarium suum et ipsius posteros hoc idem Jus præsens Cessum Summas ac bona Summis ysdem onerata præmissaq omnia per præsentes transfusa cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, Competentiisq et prærogativis quaevis tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice Usufruendi, ac ad suos suorumq successorum quovis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi præfati Juris originalis ea omnia latius in se Complectentis, præsentisq Cessi et transfusi Vigore. Debetq et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Hyacinthus Kielczycki prout se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis præfato Nobili Joanni Popiel Cessionario suo inscribit et obligat præsentibus, ipsum et eius successores in dicto Jure Cesso Summis ac bonis Summis ysdem oneratis præmissisq omnibus præsentibus transfusis, et ratione eorundem omnium præsentibus abscessorum ab omni et quavis impetitione Juridica quarumcunq personarum, cuiuscunq Conditionis Status et sexus Cuiusvis existentium, ex re persona et occasione sui Recognoscentis ac suorum successorum Jurisq præsentis Cessi tantummodo et non Ultra exorienda in omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnemq cum posteris reddere necnon hoc idem Jus præsens Cessum Summas ac bona Summis ysdem onerata præmissaq omnia præsentibus transfusa, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem præmissa omnia præsentibus condescensa Cuivis promanen

modo quo:

modo quocunq ex re itidem persona et occasione sui Recogno:
scentis, suorumq Successorum, tantummodo et non ultra factis
et faciendis, tum etiam a quibusvis Creditoribus super eadem
praemissa omnia per praesentes Cessa importatis et importandis
Juris denique et pertinentiis, processibusq Juris quibusvis in quocunq
puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et Offi:
cio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus
praesentibus transfusis, itidem ex re persona et occasione sui Re:
cognoscentis suorumq Successorum tantummodo et non ultra
perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaq et
libera semper facere, ac etiam Submissionem praefatam Co:
ram officio praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum
Summis ipsis praesentibus abcessis oneratorum, dum per Ministeri:
alem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare imo
debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admit:
tere, dataq et admissa eadem possessionem et Usumfructum
praemissorum omnium praesentibus transfusorum, quovis modo
tam per se quam per suas quasvis subordinatas et submissas
personas non praepedire nec adimere, ipsumq Cessionarium suum
et ipsius Successores in praemissis omnibus praesentibus condescen:
sis nullo modo inquietare, ita ut idem Cessionarius suus cum
suis posteris, hoc idem Jus praesens Cessum Summas ac bona
Summis ysdem onerata praemissaq omnia praesentibus Cessa
cum universis eorum utilitatibus et Usufructibus, Competentiaq
et praerogativa quavis quiete et pacifice praesentis Inscriptionis
Cessionariae vigore tenere, habere et possidere queat, illisq Us
frui possit. Idq sub vadio Summa Quinquaginta Florenorum
Polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius posteros
praenominato Cessionario suo et illius posteris ob non Comple:
tionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto
quam in parte toties quoties opus fuerint ad solvendum

+

succumbendo Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad Solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complendo Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Hyacinthus Kulczycki sive illius Successores ad Instantiam præfati Nobilis Joannis Popiel sive illius Successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense ex tunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere, Vadium præfatum luere, Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur sese ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium, vel et alios omnes exinde consequentes, Causa eiusdem Terminos semper peremptorios, vara infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Excubias, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem præterea ultra proximos Officii præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus fatalibus Juris, præscriptione Terrestri bello conventionesque ac aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Badowski Successores Krasickiego Quietat. 1346

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Valentinus Badowski sanus mente et corpore existens a Terris

Dictibus